



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

57. Universis, & singulis &c. Monitorium die 12. Januarii 1715. vigore
specialis Chirographi Pontificii expeditum contra plures variorum Ordinum
Regulares, & alios Reos violationis Ecclesiastici ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

legandum causam, quare non debeat ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas Censuras, & penas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim in Bullâ die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse, & incurrisse declarari, ac sine præiudicio aliarum penarum in eos, vel eorum singulos irrogandarum contra illos, & illorum quemlibet literas quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & singulos actus de, & super præmissis, & circa ea quomodolibet necessarios, & opportunos procedi, nec non respectivè ad videndum sese in Censuras, & penas huiusmodi incidisse, & incurrisse declarari; ipsique D. Procuratori Fiscali Generali jus, & iustitiam ministrari. Certificantes eisdem Sacerdotem Franciscum Barbara, Ignatium Perlongo, Sacerdotem, & Canonicum Joannem Baptistam Parisium, Sacerdotem, & Canonicum Innocentium Roccaforte Bonadies, Nicolaum Ardi. one, Sacerdotem Marium Rampello, Sacerdotem Franciscum Gioeni, Sacerdotem Franciscum Contariero, Sacerdotem Balthasarem Ciraulo, sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infra scriptus nihilominus, servatis terminis de stylo Curiae servari solitis, ad omnium, & singularum Censuram, & penarum prædictarum (ultra alias de jure competentes reservatas) incursum declarationem, & executionem, Cedulonorumque dictæ excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque respectivè, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive deveniet, & procedet iustitiâ mediante, eorum absentia, & contumaciâ non obstantè. In quorum fidem &c Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoquinto, Indictione octavâ, die verò xiii. mensis Januarii; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno decimoquinto.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curia Caesarum Camera Apostolica Notarius.

Die 5. Aprilis 1715, Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiae servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula Cedoloni nuncupata, qua universis Christianidelibus denunciati fuerunt Excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura ii omnes, & singuli, contra quos præfata Sententia lata fuit.

MONITORIUM

Die 13. Octobris 1715. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra plures variorum Ordinum Regulares, & alios Reos violationis Ecclesiastici Interdicti Civitatibus, & Diœcesibus Catanien. & Agrigentinis. appositum ob violentam illarum Episcoporum ejectionem è Regno Siciliae.

Nicolaus Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curia Caesarum Camera Apostolica Generalis Auditor, Romanae Curiae Judex ordinarius; Sententiarum quoque, ac Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extrâ cam laterarum, ac Litrarum Apostolicarum quorumcumque universalis, ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infra scripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Theaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegatarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos praesentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod hac infra scripta die comparuit coram nobis Perillustri, & Excellentissimo Domino Nicolaus Jacobatus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Cameræ Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit Laicalem Potestatem in Regno Siciliae, ejusque, & assertæ Monarchiæ Siciliae Ministros ad evitendam Ecclesiastici Interdicti observantiam de ordine ejusdem Sanctissimi Domini Nostri appositum in Civitatibus Catanien. & Agrigentina, earumque Diœcesibus ob sacrilegam illarum Episcoporum ejectionem è suis Sedibus, ac Regno prædicto, non solum usos fuisse operâ Laicorum, & Ecclesiasticorum Sæcularium ad hæc delegatorum, & subdelegatorum: verum etiam cum maximo Christianidelum scandalo ad hæc sacrilegas lationes perpetrandas adhibuisse operam Ecclesiasticorum Regularium diversorum Ordinum, & Institutuum ab ipsâ Laicali Potestate, sive à prætenso Tribunali ejusdem Monarchiæ deputatorum, quorum mox faciendâ erit mentio ratione attentatorum ab eis in unâque Diœcesi commissorum, contra quos proinde nunc instat; & cum sub hac eadem die sejunctis expositionibus postulaverit contra plures Laicos, & Ecclesiasticos Sæculares, qui similia patraverunt in Civitatibus, ac Diœcesibus prædictis, se modò ad aliquos Regulares restringendo enarrat.

§. 2. Primò, quòd licet Frater Salvator à Naro Sacerdos expressè Professus Provinciæ Panormitanæ Ordinis Capuccinorum monitis Superiorum sui Ordinis humiliter obtemperare, aliorumque Provinciæ, & Ordinis hujusmodi Religiosorum, qui Interdictum in Civitate, & Diœcesi Agrigentina appositum cum maximâ fidelium ædificatione exactè aded, & inconcussè observarunt, ut carceres, exilia, aliasque penas sibi à Sæculari Potestate inflictas cum perenni eorum fidei, ac constantiæ laude ponius perpeti, quam ipsum Interdictum ullo modo violare elegerint, præclarum exemplum imitari debuisset; nihilominus salutis æternæ immemor, nedum publicè Missam celebrare, & idem Interdictum violare

VIII.

Narratur de tentata Laicali potestate contra Interdictum appositum Civitatibus Catanien. & Agrigentinis.

Fr. Salvator à Naro O. d. n. Capuccinorum flagitia, & sacrilegia attentata in contemptum Interdicti Ecclesiastici.

te-

temerè præsumpsit, sed (quod horrendum est) inter ipsos dicti præfati Tribunalis Monarchiæ Ministros abscibi non erubuit, & sic adscriptus, non sine ingenti præfati sui Ordinis, & Ecclesiasticæ disciplinæ perturbatione, alios plurimos ad confimiles Interdicti violationem seducere conatus fuit, & quos suasionibus, minis, ac terroribus flectere non valuit, aut exulare coegit, aut in carceres detrudi mandavit, prout signanter è Civitate Panormi in exilium ejecit Rev. Patrem Angelum Mariam de Panormo ab admodum Rev. Patre Leone à Sutura legitimo Provinciali è finibus dicti Regni ob eandem constantem Ecclesiasticæ, ac Pontificiæ autoritatis tuitionem dum ejecto in Vicarium Provinciale deputatum Rev. Patrem Michaellem de Panormo alterum similiter Vicarium Provinciale ordine successivo subrogatum, Patrem Joannem Baptistam à Ciminna, Patrem Evangelistam de Monte Regali Prædicatorem, ac Patrem Philippum de Sancta Anatolia; nec non pari penâ affectit etiam Patrem Epiphanium de Bisacquino, Patrem Antonium de Castronovo, Patrem Basilium de Camerata Concionatores, Patrem Petrum de Camerata, Patrem Carolum de Calabellota Magistrum Novitiorum Conventus Civitatis Catanisettæ, Patrem Salvatorem de Caltanissetta, Patrem Ludovicum, & Patrem Vincentium de Camerata, Patrem Danielem à Sutura Concionatorem, & Patrem Josephum Mariam de Castronovo similiter Concionatorem, quos omnes ab eorum Conventibus ejecit. Non omisit Sanctissimus Dominus Noster mitiora adhibere remedia, ut arrogantissimus hic Ecclesiasticarum centurarum, & Apostolicæ autoritatis, contemptor ad cor rediret, illumque propterea per literas in formâ Brevis sub dat. die 14. Februarii 1714. ad sui, & Sanctæ Sedis beneplacitum à Divinis suspensionem declaravit, nec non voce activâ, & passivâ tam in Capitulis Generalibus, & Provincialibus, quam in aliis quibuscumque actibus Provinciæ, & Ordinis præfatorum perpetuò privavit; Eò tamen illius sacrilega, ac verè detestabilis audacia progressa fuit, ut non modo per præmissa ad debitam partitionem, & respicientiam minimè adductus fuerit, sed Patres Augustinum à Sambuca, & Anselmum à Castro Vetrano Sacerdotes expressè Profesos ejusdem Ordinis, qui recensitas literas in formâ Brevis sub initium præteriti Quadragesimæ in Conventu Burgii ipsi præsentaverant, mediante quodam supra dictæ alicujus Monarchiæ Fiscali, traduci fecerit ad Civitatem Sciacchæ, ibique in carceribus alterius Ordinis detineri mandaverit, prout spatîo quinquaginta dierum fuerunt detenti; Illos deinde è carceribus liberatos ad Insulam Pantellariæ relegare constituerat, sed mutato consilio primùm quidem eos suis literis obedientialibus ad Conventum Trainæ Provinciæ Messanenensis mandavit: deinde verò, nempe tribus mensibus elapsis, irâ denuò atque odio contra illos exardescens commisit Patri Guardiano ejusdem Conventus Trainæ, ut eos in carceres formales conjiceret; Illi tamen de hoc admoniti ad ejusmodi, & majora pericula vitanda fugam arripuerunt.

§. 3. Similes Apostolicæ Literæ suspensionem à Divinis, nec non vocis activæ, & passivæ privationem irrogantes, præsentatæ etiam fuerant per Patrem Marianum à Panormo Fratri Ludovico pariter à Panormo Pseudo Vicario Provinciali, quippe qui ad officium ejusmodi Vicarii Provincialis per Ministros supra dicti præfati Tribunalis Monarchiæ illegitimè deputatus fuerat; Verùm idem Frater Salvator hanc pariter Literarum Apostolicarum præsentationem vindicandam suscepit; Dicitur enim Patrem Marianum à Pa-

normo eadem de causâ exulare jussit. Scandalum insuper scandalis addidit, & delicta delictis; postquam nimirum ei primodictæ Apostolicæ Literæ in præfato Conventu Burgii præsentatæ fuerant, cum inde discessisset Panormum iturus, ac in itinere ad Civitatem Clusarum se contulisset, ibique attentâ notitiâ illic pervulgatâ tenoris dictarum Literarum Apostolicarum ipsi Fratri Salvatore, sicut præmittitur, præsentatarum Ecclesiasticos præsertim Regulares ad Interdictum inviolabiliter observandum corroboratos invenisset, idem Frater Salvator temerè jactans Pontificias literas subreptitias, & propterea spernendas esse, in Ecclesiâ Conventus Clusarum Missam publicè celebrare non erubuit, imò juxta ea, quæ ex illis partibus novissimè allata fuerunt, etiam in aliis pluribus locis, ac præsertim in Ecclesiâ Conventus Agrigentini, sui Ordinis celebrare perrexit & forsân etiam ad sui libitum celebrare adhuc pergit. Porro his minimè contentus, Apostolicæ non minùs autoritatis, quam Jurisdictionis, Immunitatis, ac Libertatis Ecclesiasticæ contemptum, per encyclicas, seu circulares literas etiam aliis suadere, & falsis dogmatibus insinuare præsumpsit, ac insuper in quadam ex ejusmodi circularibus epistolis die 13. Maii 1714. conscriptâ nonnullos Sacerdotes, qui vigore facultatis sibi à præfato Sanctissimo Domino Nostro attributæ Interdicti Violatoribus absolutionem à censuris, ac dispensationem super irregularitate ab eis inde contractâ impartiebantur, injurioso nomine *Birbanti*, & *Ribelli* appellare non dubitavit. Hæc autem omnia, quæ se, tanquam præfati Tribunalis Regiæ Monarchiæ Commissarium Generalem peragere nedum evulgavit, sed & in literis subscripsit, non sine maximo Regularis habitus dedecore, ac manifesto Seraphicæ Regulæ contemptu patravit, quippe qui calceatus, & calcaribus utens ad instar Equestris Ducis, seu Capitanei per interdictam Agrigentinam Diocesim Interdicti oppugnator cursitare, & aliquoties etiam Justitiæ Militibus associatus incidere consuevit.

§. 4. Dum hæc per summam, & ferè incredibilem temeritatem à dicto Fratre Salvatore à Naro perpetrabantur in Diocesi Agrigentina, non defuit in Diocesi Catanensis alter ejusdem Ordinis Religiosus similiter expressè Professus, nempe Frater Bonaventura de Jaci Reali Provinciæ Messanenensis, qui inter præfati Tribunalis Monarchiæ Ministros pariter adscriptus, non minora scandala, nec minùs probrosa, ac indigna facinora admisit. Cum enim admodum Rev. Pater Coelestinus de Jaci legitimus Provincialis dictæ Provinciæ Messanenensis, suam è Regno Sicilia expulsiõnem ob præfati Interdicti observantiam prævidisset, adeoque plures Vicarios Provinciales ordine successivo pro eadem Provincia tempore suæ absentia regendâ non minùs providè, quam prudenter deputasset, statim secutâ illius expulsiõne, prædictus Frater Bonaventura, uti Vicarius, seu potius Pseudo-Vicarius Provincialis à præfato Tribunali Monarchiæ perperam deputatus, gubernium, & administrationem ipsius Provinciæ assumpsit, prout ex ejusdem circulari epistolâ die 19. Aprilis proximè præteriti conscriptâ luculenter apparet, in quâ se à dicto præfato Tribunali ad Officium Vicarii Provincialis hujusmodi fuisse deputatum, Religiosos sui Ordinis certiores fecit, ac facultatibus sibi, tameris nulliter, & illegitimè ab eodem Tribunali attributis abutendo, omnibus suæ Provinciæ Religiosis obedientiam sibi præstandam esse temerè edixit; Nec non de autoritate Sedis Apostolicæ ex unâ, ac præfati illius Regni Privilegiis, seu

Alia inique
attentata d.
Fratri Salva-
toris à Naro.

Alia attentata
F. Bonaventura à Jaci
Reali Capuccini in
contemptum Interdicti.

verius abusus ex alterâ partibus disserendo, nedum super his quæstionem aliquam, seu disputationem assumi prohibuit, sed etiam Religiosos præfatos ad præstandam omnem operam, & conatum pro tuendis dictis præsentis Privilegiis, seu abusus sub perduellionis poenâ adstrinxit. Præterea, parum immutato tenore supradictæ alterius circularis Epistolæ Fratris Salvatoris à Naro, Ecclesiastici Interdicti observantiam nec à Divino, nec ab humano Jure fuisse præscriptam, imò nec ipsi Interdicto vigore Regulæ Sancti Francisci obediendum esse falso asserere, ac docere conatus fuit. In aliâ insuper suâ circulari Epistolâ sub eadem die 19. Aprilis scriptâ, nedum suam illegitimam deputationem ad regimen memoratæ Provinciæ Messanensis repetiit, ac novas literas pro prosecutione ejusdem Regiminis ab eodem præfato Tribunali Regiæ Monarchiæ receptas Religiosis dictæ Provinciæ significavit: Sed etiam Rev. Patri Felici de Linguagrossa primo Definitori, quem scilicet dictus Rev. Pater Cælestinus de Jaci legitimus Provincialis pro casu suæ expulsiōis in Vicarium Provinciale primò nominaverat, ac deputaverat, obedientiam nullatenus esse præstandam, ejusque mandata sub poenâ contumaciæ, & indignationis Sæcularis Potestatis, non esse executioni demandanda, auctoritate præcepit.

§. 5. Ad hæc cum Reverendissimus Pater Commissarius totius Ordinis Cappucinatorum jussu Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ, imò Sanctissimi Domini Nostri, mediante suâ circulari Epistolâ, mandasset omnibus Superioribus, ac Religiosis ejusdem Provinciæ, ne ipsum Fratrem Bonaventuram ullatenus recognoscerent in Vicarium Provinciale, sed obedientiam dumtaxat præstarent supradicto Rev. Patri Felici à Linguagrossa primo nominato in Vicarium Provinciale à dicto Rev. Patre Cælestino in sua deputatione: idem verò Pater Felix ad evitanda majora scandala à susceptione Gubernii abstinuisset, adeoque in illius locum subgressus fuisset juxta ordinem ejusdem deputationis Rev. Pater Antoninus de Petralia secundus Definitor, ac secundo loco nominatus, dictus Frater Bonaventura pari temeritate etiam contra ipsum Patrem Antonium insurrexit, & mediante aliâ suâ Epistolâ circulari sub die octavâ Junii proxime præteriti illum usurpatorem, & Superiorem illegitimum nuncupavit, omnes, ac singulos actus ab eo etiam cum consilio aliorum duorum Definitorum legitime gestos revocavit, ac retractavit, eundemque Patrem Antonium in poenâ à se præscribendas, & exequendas incidisse declaravit, demandando insuper sub indignationis Læicæ Potestatis, aliisque poenis contra contumaces, & sibi inobedientes impositis, ut ordines, seu obedientiæ à se dumtaxat expediendæ executioni demandarentur; Omni denique, & quacunque reverentiâ erga suum legitimum Superiorem impudentissime posthabita, eadem die cum præcepto formali obedientiæ, ac sub poenâ indignationis prædictæ Læicæ Potestatis præcepit, & commisit eidem P. Antonino de Petralia legitimo Vicario Provinciali, ut statim se conferret ad Conventum Loci Alii, ibique sub obedientiâ Patris Guardiani ejusdem Conventus degeret; Minime tamen insolentiam suam in ejusmodi sui Vicarii Provincialis deportatione continuit, sed progressus fuit ad exilia plurium Religiosorum sui Ordinis, ejiendo nimirum à Conventu Loci de Jaci Patrem Illuminatum de Jaci, à Conventu Terræ Aderon Patrem Ludovicum de Bronzi Concionatorem, à Conventu Terræ Paternò Patrem Franciscum de Galledoro, & Patrem Innocentium de Linguagrossa, quos omnes ad Locum Tor-

torici relegavit: Similiter Fratrem Pacificum de Aderon, Fratrem Ludovicum de Linguagrossa, Fratrem Marcellum de Tusa, Fratrem Salvatorem de Mistrèta, & Fratrem Thomam de Petralia è Locis eorum residentiæ ejecit, ac exulare jussit; Imò illorum duos, nempe Fratrem Pacificum de Aderon, & Fratrem Thomam de Petralia per Ministros Sæcularis Potestatis carceribus mancipari curavit in Conventu Sancti Augustini Loci de Aderon. Redeundo jam ad Civitatem, ac Dioccesim Agrigentim, Ministri dicti præsentis Tribunalis Monarchiæ ad penitus inibi evertendam Interdicti observantiam omnibus iis, quæ ad id gesserat supradictus Frater Salvator à Naro Cappuccinus, nequaquam contenti transfuderunt ad Civitatem, & Dioccesim hujusmodi Fratrem Franciscum Mariam Trigona Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci cum titulo Commissarii Provincialis; qui cum illuc pervenisset, Ecclesias, quas juxta formam à Sacris Canonibus tempore Interdicti præscriptam, clausas invenerat, aperire curavit, ac Religiosos, quos Interdicto obtemperantes repererat, ad illius inobservantiam compulsi, seu compellere conatus fuit, inter quos Pater Hieronymus Napoli ejusdem Ordinis Fratrum Conventualium Sacerdos, qui cum antea Interdictum violasset, sed postmodum poenitens, humiliter abolitionem petiisset, eamque præstito juramento de eodem Interdicto in posterum servando, vigore facultatis à Sanctissimo Domino Nostro concessæ obtinisset, ne ad ejusdem Interdicti inobservantiam de cætero cogi posset, ad Conventum Politii Cephaludensis Diocesis sui Ordinis se contulerat, à præfato Fratre Francisco Maria Trigona sub die sextâ Junii proxime præteriti revocatus fuit ad Conventum Civitatis Agrigentinae, & cum ibi nec suasionibus, nec minis ad violandum Interdictum seduci unquam potuisset, ab ipso Fratre Trigona etiam perperam asserente vinculum Juramenti illum non afficere, ob defectum licentiæ suorum Superiorum, loco carceris in quadam mansione per triduum retentus fuit, nullo alio sibi interim præstito alimento, quam Panis, & Aquæ; Elapso tamen triduo, idem Frater Trigona agnoscens nullatenus posse illum retrahere à sua sententiâ, traditis literis, quas vocant obedientiæ, cum transmisit ad Civitatem Messanæ cum Epistola illius Provinciali directâ, vi cujus ad Conventum Trainæ illum relegare deberet; Verum cum præfatus Pater Hieronymus suspicatus fuerit nedum relegationem, sed & majora mala sibi evenire posse, si Conventum Messanæ appeteret, declinando à viâ, quam susceperat, ad hanc Almam Urbem se contulit.

§. 6. Non defuere etiam in Ordine Fratrum Prædicatorum duo Sacerdotes Fratres germani, nempe Frater Angelus, & Frater Ludovicus Morillo memorati Interdicti pariter hostes, & refractarii. Primus enim, videlicet Frater Angelus, vigore delegationis supradicti Fratris Salvatoris à Naro Cappuccini præsentis Tribunalis Monarchiæ Commissarii exulare jussit à Conventu Sancti Dominici Caltanissetæ; tanquam Interdicto obedientem, Patrem N. N. Vicarium ejusdem Conventus, & tunc actuale Superiorem; attentâ Prioris vacatione; Præterea cum sibi per Patrem Raymundum Sertorio Priorem Conventus Sanctæ Zita Panormitan. venium fuisset, ne tanquam notorius compulsor ad violandum Interdictum Missam celebraret, eundem Patrem Priorem detulit apud Ministros Sæcularis Potestatis, à quibus decretum fuit, quod ipse Frater Angelus pro reparatione injuriæ, quam ei illata fuisse reputabant, Missam solemnem celebrare deberet; Et cum præfatus Pater Raymundus dicti Conventus Panor-

Alia scelerâ
ejusdem Fr.
Bonaventuræ.

Fr. Franciscus Maria Trigona Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Interdicti violator, & hostis

Frater Angelus & Fr. Ludovicus Morillo Ordinis Prædicatorum hostes, & impugnatores Interdicti.

mitan. Prior, ac Pater Magister Vincentius Plamone Vicarius Provincialis impudentem hanc non minus, quam sacrilegam Missæ celebrationem oppugnasset, à Ministris Potestatis Laicæ fuerunt ejeti, & exulare iusti; primus à Provincia Vallis Mazariæ, secundus à toto Regno; Alter verò, nempe Frater Ludovicus prædicti Fr. Angeli germanus frater de mandato Ducis de Angiò nuncupat. exulare iussit Patrem Angelum à Verme Priorem Conventus S. Dominici Agrigentini, ex eo quod Interdictum violare reuerat.

§. 7. Plures etiam è Societate Jesu, eà voti Religione contempti, quã Sedi Apostolicæ archius adstricti reperuntur, debite interdicti observantia refragari non formidarunt. Omisiss enim iis, qui siue falsas, ac malas doctrinas evulgando, siue etiam forsan non malas malè applicando, verbo, & exemplo latam aperuerunt viam ejsdem Interdicti violationi, plurimosque fascinarunt non obedire veritati, quorum tamen temeritas juxta eam, quæ à Sanctissimo Domino Nostro mandata fuerunt, debitis penis coercenda erit; Pater Petrus Scarlata de Caltanissetta humaniorum literarum Magister in Collegio ejsdem Loci, nec non Pater N. Guagliardo de Civitate Politii Cephaludensis Diocesis, etiam Magister Grammaticæ in præfato Collegio Caltanissettæ, Pueros Discipulos suos Interdictum violare recusantes, scuticis flagellare, ac etiam aliis penis affligere non erubuerunt? Quæ de causâ plures ex Parentibus filios suos ab illorum Scholis avocarunt. Ad horum porò Religiosorum exemplum similia facere præsumpsit etiam quidam Sacerdos Ignatius Legami Pædagogus ad prima Grammaticæ elementa edocenda designatus, à quo pariter Pueri ejus Discipuli eadem de causâ flagellis, ac verberibus affecti fuerunt.

§. 8. Demùm etiam ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum, Fr. Innocentius de Ferla Guardianus Conventus Civitatis Sancti Philippi, ac Frater Gregorius Terræ de Assero in dicto Conventu commorans, postquam eis consignatus fuerat à Sacerdote Balthasare Ciraulo Delegato Locali supradicti præfati Tribunalis Monarchiæ, Pater Angelicus de Calascibetta Guardianus Conventus Fratrum Capuccinorum ejsdem Civitatis Sancti Philippi, ut illum in carceribus sui Conventus retinerent non aliâ sanè de causâ, nisi quia Interdictum observaverat, pluribus prius injuriis, ac contumeliis dicto Patri Angelico observatum ab eo Interdictum exprobrant: deinde illum mediante operâ trium Fratrum Laicorum ejsdem Ordinis crassiori fune alligatum, ac præcinctum intra foveam, seu potiùs puteum profunditatis quadraginta circiter palmorum immiserunt, ibique eum per bidduum, in pervigilio scilicet, & Festo Epiphaniæ reliquerunt in tenebris, subministratis eidem per funiculos alimentis ad solam vitæ necessitatem; adeo ut forsan etiam ille in prædictâ foveâ periisset, si eum inibi diutius retinissent, ac nisi Civitas præ barbarie commota fuisset; exemplum profectò hac in re prædicti Fratres Innocentius, & Gregorius, tametsi barbarum, atque execrabile, imitati fuerunt illius Isidori Navarro ejsdem asserti Tribunalis Monarchiæ Delegati, qui, ut nunquam satis laudandam Fratrum Capuccinorum in observazione Interdicti constantiam expugnaret, nonnullos ex eis similiter per funes in ejsmodi foveas etiam cum compedibus conjecit, & introclust, videlicet Patrem Franciscum de Agrigento, Patrem Hieronymum de Naro, Patrem Aloysium de Caltanissetta Guardianum Conventus Agrigentini, ac etiam alios; Quare meritò dictus Isidorus Navarro à Sanctissimo Domino Nostro declaratus fuit Excommunicatus Excommunicatione majori Sanctitati Sux referatâ per quasdam suas Literas in formâ Brevis

die XXI. Decembris 1713, expeditas, licet novissimè tantùm promulgatas; Rebusque aliis in processu, & processibus Causæ, & Causarum hujusmodi latius deductis; ad quos &c. prædicta omnia committentes, ac temerè, & sacrilegè patrantés contra Immunitatem, Jurisdictionem, & Libertatem Ecclesiasticam, ac Interdictum in præfatis Civitatibus, ac Diocesis Catanienfi, & Agrigentina de ordine Sanctitatis Sux appositum, non solum violantes, sed etiam acerrimè oppugnantes, illiusque violationem cum maximo Fidelityum scandalo, ac Pontificiæ autoritatis contemptu siue mandando, committendo, & compellendo, siue consulendo, infligando, & aliis quomodolibet urgentes, tam directè quam indirectè, tam conjunctim, quam divisim, & aliis omni &c. singula singulis congruè referendo, non solum &c., sed & omni &c., & super quibus &c. Quamobrem ad instantiam, & pro parte præfati D. Procuratoris Fiscalis fuimus instanter, & debite requisiti, quatenus de opportuno juris remedio providere, & Monitorium extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparendum decernere, & concedere dignemur. Quare præfatis, & exhibitio Nobis Chirographo manu ejsdem sanctissimi Domini Nostri die 30. elapsi mensis Novembris signato tenoris sequentis, videlicet:

§. 9. Monsignor Arcivescovo di Tebe Auditore Generale della nostra Camera Apostolica, essendoci da qualche tempo stato rappresentato dal Procurator Fiscale Generale della nostra Camera, che dai Processi di nostro ordine dal vostro Tribunale formati nelle materie del Regno di Sicilia risultino molti Violatori dell'immunità, giurisdizione, e libertà Ecclesiastica, si come anche molti Compulsori, Consultori, Instigatori, e Cooperatori alla violazione dell' Interdetto di nostro ordine apposto nelle Diocesi di Catania, e Girgento, tanto Laici, quanto Ecclesiastici Secolari, e Regolari, ed essendo Noi stati sempre in speranza, che gli attentati, che con tanto scandalo sono stati commessi, e si commettono in quel Regno contro gli Ecclesiastici Osservatori dell' Interdetto, e contro la giurisdizione della Santa Sede, avessero à cessare dopo tanti Brevi da Noi spediti in conferma delli sudetti Interdetti, e dopo tante altre risoluzioni à quelli appartenenti; Ma non vedendo alcuna respiscenza ne' Delinquenti, anzi più tosto sempre più inoltrarsi le cose in pregiudizio dell' autorità Pontificia, e perciò non potendo più tollerare turbative, e violazioni così sacrileghe, vogliamo, che si proceda onninamente alla trasmissione de' Monitorii contro tutti quelli, che da Processi formati sufficientemente risulteranno Violatori, come sopra, Mandanti, Compulsori, Consultori, Instigatori, ed in qualunque modo Cooperatori alla contravvenzione di detti Interdetti tanto direttamente, quanto indirettamente; E se bene Voi, & il vostro Tribunale, come Esecutore Generale delle lettere Apostoliche, potreste procedere in questa Causa, e Cause in vigore delle vostre facultà, nondimene à maggior cautela di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta, preservando primieramente tutte, & singole altre ragioni, che intorno à ciò potessero in qualunque modo, e tempo competere al nostro Fisco, avocando à Noi, in quanto faccia di bisogno, questa Causa, e Cause de qualunque Tribunale, Congregazione, e Giudice, & havendo qui per espresso il contenuto del Processo, ò Processi fabbricati d'ordine nostro, come se di parola in parola vi fossero stati inseriti: Con il presente nostro Chirografo la commettiamo à Voi, e al vostro Tribunale nello stato, e termini nelli quali si trova con li suoi annessi, connessi, emergenti, e dependenti anche con la clausula quam, & quas, comandandovi espressamente, che dobbiate non solo in virtù delle vostre facultà generali, ma anche in vigore di quelle, che vi concediamo con questo

Pontifex causam, & Processum ejsdem, & violationem Interdicti delegavit specialiter Tribunali A. C.

Tenor Pontificii Chirographi ejsdem delegationis.

P. Petrus Scarlata de Caltanissetta, & P. Guagliardi de Civitate Politii è Societate Jesu hostes interdicti.

Sacerdos Ignatius Legami Interdicti impug-nator.

Fr. Innocentius de Ferla, & Fr. Gregorius de Assero Ordinis S. Francisci de observantia Interdictum impugnant, & observantia crudeliter vexant.

Nostro Chirografo, procedere alla trasmissione de' Monitorii, e Citazioni contro tutti quelli, che da Processi nel vostro Tribunale formati sapientemente restarono indiziati per Violatori dell' Immunità, Giurisdizione, e Libertà Ecclesiastica, e Mandanti, Compulsori, Consultori, Infiggitori, & in qualsivoglia modo tanto direttamente, quanto indirettamente Cooperatori all' inosservanza degl' Interdetti di Nostro ordine apposti nelle Diocesi di Catania, e Girgento, e contro qualsivoglia Persona tanto Secolari di qualsivoglia grado, preeminenza, e dignità, quanto Ecclesiastici, e Secolari, e Regolari di qualunque Ordine, Congregazione, Istituto, & anche della Compagnia di Gesù, e quantunque si trattasse de' Consultori, Qualificatori, o altri simili Ministri del S. Offizio di quel Regno, ed ogni altra Persona di speciale, specialissima, & individua nota degna, ed insieme vi concediamo tutte le facultà di procedere a suo tempo contro li sudetti, benché non nominati, e dichiararli incorsi in tutte, e singole censure, che sono prescritte da Sagri Canonici Decreti de' Concilii generali, e Constituzioni Apostoliche, senza pregiudizio di altre pene, che de Jure competessero; Ed affinché più facilmente possiate ciò eseguire, vi concediamo ancora la facultà, rimossa ogni appellazione, richiamo, ricorso, opposizione di nullità etiam ex tribus, & altre ordinarie, & straordinarie di poterli citare anco per Editto, constandovi anche sommariamente, & esragiudicialmente, e quanto vi paverà, che basti, del non tutto accesso; volendo, e decretando, che il Monitorio, o Monitorii, che intorno a ciò si spediranno da voi, e vostro Tribunale, affissi che saranno in Roma alla Basilica de San Pietro, alla Curia Innocenziana, & in Campo di Fiore, & alle Chiese Cathedrali, e maggiori delle Nostre Città, Terre, e Luoghi di Terracina, Nettuno, Porto d' Anzio, Fiumicino, Civita Vecchia & Ancona, vagliano, & habbino la loro forza, e vigore contro chi si sia, come se personalmente fossero stati citati, moniti, & intimati, derogando in quanto sia di bisogno, a questo effetto, e per questa volta solamente, alle Constituzioni Apostoliche, fatte, & ordinate anche ne i Concilii generali, e particolarmente a quelle delli Nostri Predecessori Bonifazio Ottavo de una, e d' Innocenzo Terzo nel Concilio Generale Lateranense de duabus Dietis, & ogni altra cosa, che facesse in contrario, ancorche avesse bisogno di espressa specifica, & individua menzione, li tenori delle quali tutte, e singole vogliamo, che si abbiano qui per espresso, & inseriti di parola in parola, e che il presente nostro Chirografo vaglia, & abbia il suo pieno effetto, vigore, & esecuzione con la nostra sola sottoscrizione; benché non sia registrato nelli Libri della nostra Camera, nè in alcun modo sia servata la forma della Costituzione di Pio Quarto parimente Nostro Predecessore de registrandis, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo, e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obrezzione, o subrezzione, mancanza della nostra volontà, & intenzione, nè di qualsivoglia altro difetto, benché degna di espressa, speciale, & individua menzione, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare: dichiarando nullo & irritato tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, o ignorantemente si facesse, o si attentasse. Non ostanti quanto a tutte, e singole cose premesse qualsivoglia Costituzione, & Ordinazione Apostoliche, Concilii, anco generali, Statuti, Usi, Consuetudini, Decreti, Indulti, o Privilegii sotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concessi motu proprio, e per remunerazione di servizi resi alla Religione Catholica, e alla Santa Sede, e con qualsivoglia altre clausole, e decreti; A quali tutti, e singoli, eziandio più volte confermati e benché ricercassero speciale, & individua menzione, havendo li loro tenori per espressi, di simil moto proprio, e pienezza della nostra assoluta potestà, espressamente per questa volta sola, e per gli effetti

sudetti pienamente deroghiamo, perché tale è la nostra espressa, e determinata mente. Dato nel nostro Palazzo Apost. di Monte Cavallo questo dì 30. Novembre 1714.

CLEMENS PAPA XI.

Petit, & summà cum instantià postulavit, sine præjudicio tamen procedendi suis loco, & tempore contra alios in præsentii Monitorio non expressos, & in præmissis, vel circa ea huc usque repertos, vel in posterum reperiendos culpabiles tam ex causis prædictis, quam cujuscumque alterius lesionis immunitatis, jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticæ, ac omnium, & singulorum jurium hæcenus quomodolibet, & qualitercumque Fisco acquiritorum, & competentium suis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de jure, & de stylo protestandis expressè protestatur, ita ut protestatio hujusmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum nostrarum literarum Monitorialium, & in toto Processu desuper in posterum fabricando, & non aliàs &c. quatenus sibi literas Monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præferto Chirographo designatis assignandas, exequendas, & publicandas, cum pro illis exequendis in Regno Siciliae tutus non pateat accessus, in formà solita decernere, & concedere, & aliàs de opportuno juris remedio providere dignemur. Nos igitur Nicolaus Spinula Archiepiscopus Thebarum, Judex Executor, & Auditor prædictus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam in vim ordinariæ nostræ auctoritatis, præferto Chirographo Nobis, ut præfertur, præsentato inhaerentes, ac etiam facultate in illo Nobis, nostroque Tribunale attributa utentes, consultoque Nobis per Textes fide dignos de mandato nostro jam examinatos ad dictum Regnum Siciliae &c. in quo moram trahunt, & morari solent citandi, & monendi, pro præsentibus nostris Monitorialibus literis exequendis tutum non patere accessum, petitas literas Monitoriales concedendas, & in locis infradictendis exequendas, & publicandas fore, & esse duximus, & mandamus per præfertes; Quo circa vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus visis iisdem præsentibus per præfens publicum nostrum Edictum in Romana Curia in Audiencia publicâ literarum contradictarum Sanctissimi D.N. Papæ legen. & ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Curie Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra eam in Confinibus Maritimis hujus Status Ecclesiastici, nempe in Civitatibus, Terris, & Locis Terracinae, Nepruni, Portus Antii, Fiumicino, Civitatis Vetulæ, & Anconæ per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium, & Majorum Ecclesiarum respectivè, ex parte nostrâ, imò veriùs Apostolicâ auctoritate, pronunc. & sine præjudicio facultatis procedendi suis loco, & tempore contra alios ac etiam contra prædictos gravioribus pœnis repositos, vel reperiendos culpabiles, quam facultatem Nobis expressè referimus, supradictos Fratres Salvatorem de Naro Provinciae Panormitan. ac Bonaventuram de Jaci Reali Provinciae Messanenſis Ordinis Capuccinorum, Fratrem Franciscum Mariam Trigoa Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, Fratrem Angelum Morillo, & Fratrem Ludovicum Morillo Ordinis Predicatorum, Patrem Petrum Scarlara de Caltanissetta, & Patrem N. Guagliardo de Civitate Politti Diocesis Cephaludenſis Societatis Jesu, Sacerdotem Ignatium Legami, Fratrem Innocentium de Ferla Guardianum, & Fratrem Gregorium Terra de Assero prædicti Ordinis

Monentur omnes præferti Violatores, & hactenus Interdicti ad comparandum coram A.C. sub pœnis &c. & illis congrui terminis alligantur.

Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorem citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eodem harum ferie citamus, monemus, & requiramus, primo, secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum mensium spatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro secundo, posteriores vero viginti dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ Canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romæ in Judicio coram Nobis, vel infra scriptis Perillustri, & Excellentissimo Domino Antonio Sabaino Locumtenente Nostro in Criminalibus Generali legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeat ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas Censuras, & pœnas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bullâ die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solitâ contentas, inflatas, impositas, & comminatas incidisse & incurrisse declarari, ac sine præjudicio aliarum pœnarum in eos, vel eorum singulos irrogandarum, contra illos, & illorum quemlibet literas quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & singulos actus de, & super præmissis, & circa ea quomodolibet necessarios, & opportunos procedi, nec non respectivè ad videndum sese in Censuras, & pœnas hujusmodi incidisse, & incurrisse declarari; Ipsique Domino Procuratori Fiscali Generali Jus, & Justitiam ministrari. Certificantes eisdem *Fratres Salvatorem de Naro, & Bonaventuram de Jaci Krali, Fratrem Franciscum Marian Trigona, Fratres Angelum Morillo, & Ludovicum Morillo, Patrem Petrum Scarlata, Patrem N. Guagliardo, Sacerdotem Ignatium Legami, Fratrem Innocentium de Ferla, & Fratrem Gregorium Terræ de Afferro* sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsi præfixo legitime non comparuerint, vel, aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infra scriptus nihilominus, servatis terminis de stylo Curie servati solitis, ad omnium, & singularum Censurarum, & pœnarum prædictarum (ultra alias de Jure competenter reservatas) incursum declarationem & executionem, Cedulaeque dictæ Excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque respectivè, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive deveniet, & procedet Justitiâ mediante, eorum absentia, & contumaciâ non obstante. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quinto, Indictione octavâ, die verò ii. Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno decimo quinto.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Juxta deputatus.

Paulus Fatius Curie Caus. Camerae Apost. Not.

Die 5. Aprilis 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curie servari solitis, lata, & publicata sunt contra omnes citatos, Contumaces Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas Censuras ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa sunt publica Sebdula Cedoloni nuncupata, qua universis Christianis

delibus denunciati fuerunt excommunicati, vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura ii omnes, & singuli, contra quos prædicta Sententia lata fuit.

MONITORIUM

IX.

Die 9. Decembris 1715. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Compulsiones, & Violatores Immunitatis, Jurisdictionis, & Libertatis Ecclesiasticæ in Civitate Panormi, nec non in Civitate & Diocesi Agrigentina, ac Ecclesiastici Interdicti Civitati, & Diocesi Agrigentinae appositi, & præsertim contra Ecclesiasticos earumdem Civitatis, & Diocesis Agrigentinae.

Nicolaus Spinula Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curie Caesarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor, Romanæque Curie Juxta Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extrâ eam latarum, ac Lit. rarum Apostolicarum quorumcumque Universalis, ac merus Executor, nec non Juxta à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infra scripta causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Theaurariis, Sacristis, Parochialibusque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentem nostræ Literæ pervenerint, eum quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino.

S. 1. Noveritis, quod hac infra scripta die comparuit coram Nobis Perillustri, & Excellentissimo Domino Nicolaus Jacobatius Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Camerae Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit potestatem tenebrarum inter multiplices, variosque conatus, quos per filios hujus sæculi adhibuit ad effectum violandi, seu veriùs, non sine maximo Apostolicæ Sedis contemptu, Ecclesiasticæ Disciplinæ eversione, atque Animarum pernicie, abrogandi Ecclesiasticum Interdictum in Civitatibus Catanensi, & Agrigentina, earumque Diocesis, jussu ejusdem Sanctissimi Domini Nostri appositum, nullum profectò gravius, acerbiusque intulisse vulnus Immunitati, Jurisdictioni, ac Libertati Ecclesiasticæ, quàm suscitando in Regno Siciliae Magistros mendaces, qui docentes, quæ non oportebat, dicebant malum bonum & bonum malum, ac falsis non minus, quàm perniciosis doctrinis fascinantibus multos, qui bene currebant, non obedire veritati, & sagittabant in obscuro rectos corde; Asserentes enim metum gravem à laicali Potestate incussum, sufficientem præbere causam, ut Interdictum præfatum absque peccato, & Censuræ alicujus incursum liberè violari posset, suamque sententiam verbo, & exemplo palam comprobantes, illud effecerunt, ut plurimi, qui nec bonorum proscriptionibus, nec carceribus, nec exiliis, neque etiam ipsius vitæ discrimine à pristina firmitate dimoveri valuerant, ad hunc falsi dogmatis lapidem offendentes, à debita erga Sanctam Sedem obedientiâ defecerint, & Interdicti Violatores evaserint. Ast gravissimo huic malo opportunè, & validè occurrit fedulitas oculatissima,

Pseudo Magistri in Regno Siciliae docent metum gravem à laicali potestate incussum præbere sufficientem causam violandi interdictum absque peccato, & alicujus censuræ incursum.